



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Oratio mentalis per horam dimidiam in tres partes distributa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Singulari Dei benignitate, quæ in Synodalibus conuentibus præsertim dignoscitur, & de vertate Spiritus, & diuina gratia, quæ veluti ex perenni fonte in huiusmodi actionibus hauritur, allocutus est.

Absoluta concione, omnibus suis locis confidentibus, de mandato Illustriss. Metropo. indicta est oratio mentalis iuxta capita partita: per Reuer. D. Archidiaconum.

Oratio mentalis per horam dimidiem in tres partes distributa.

I.

Reuerendiss. Patres, Toto metris pio affectu orate pro Sancto D.N. Greg. Papa XIII. ut eum Deus Spiritu sancto suo, in salutari gratia conferuet, gubernet, dirigat, & defendat.

II.

Reuerendiss. Patres, Toto cordis affectu orate, ut inclinet Deus ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ suæ, & in protectione Ecclesie suæ sanctæ antiqua sui brachij operetur miracula; ita ut hostium audacia dextera diuini auxilii prostrata, pacis tranquillitate fruantur, & in laudibus misericordiæ diuinæ incessabili exultatione letetur.

III.

Reuerendiss. Patres, Toto cordis affectu orate, ut Provincia haec veteris culta laboribus, & omnes Christiani orbis patres diuinæ gratiæ lumine insuse, in sanctæ reformationis institutis, omni charitatis opere & virtute iugiter usque adeo progrediantur, ut in omnibus & per omnia glorificetur Deus & pater Domini nostri Iesu Christi.

Post orationem mentalem, preces ex pontificali per Illustriss. Metropolitam recitata sunt.

Mox processio Clericorum universalis, qui semper sessionibus interfuit, inchonata est, & dum procederent, per curores Tabella acclamationum ipsis fuit distributa. Processione absoluta, Accla-

mationes habita sunt in hunc modum R.D. Archidiacon. alta voce pronuntiate, & Reuerendiss. Patribus, ceterisque omnibus postea respondentibus.

Acclimationes Reuerendissimorum Patrum in Concilio Provinciali Mediolanensis sexto.

Archid. Deo Patri misericordiam, & Deo totius consolationis gratiæ.

Respon. Immensa est misericordia tua super nos Domine, qui secundum multitudinem miserationum tuarum, nos Conciliorum Provincialium frequentia consolari iugiter dignatus es. Tibi laus, tibi honor, tibi gloria in saeculum & in aeternum.

Archid. Beatis. Gregorio Papæ & Domino nostro, Sanctæ universalis Ecclesiæ Pontifici, cunctarum gentium obedientia, & Christiani nominis in omnem terram propagatio.

Respon. Domine Deus, Sanctiss. patrem gratia tua custodi; ut eo gubernante, gentes sancto veræ fidei lumine perfuse, in unum Eccl. tuæ ouile colligatur.

Archid. Patriarchis, & Archiepiscopis, & Episcopis omnibus salutaris vigilancia.

Respon. Deus Pater lumen, Illustra faciem tuam super seruos tuos: accende corda eorum in ædificationem corporis tui.

Archid. Regi Catholico, & alijs Regibus, Principibusque Christianis perpetua felicitas.

Respon. Eterne Deus, Christianæ religionis defensoribus optabilem de hostibus crucis filii tui victoriam dextera potentia tua semper concede.

Archidiac. Fidelibus provinciæ nostræ, & populo Christiano universalis Pax Christi æterna.

Respond. Memento Domine Deus in beneplacito populi tui, & confirma in omni virtute gressus eius, perpetuumque benedictionis rorem illi infunde.

Archid. Reuerendiss. huius Provincialis Episcop. ad Ecclesias suas reditus cum spirituali fructu uberrimo.

Respon. Deduc nos Domine inviam testam,